

tuntur, nec tutò assumi volunt. Hæc igitur quæ veneno cõtraria prorsus sunt, de quibus & alibi dicemus, sive naturæ proprietate, seu veneni contrarietate, sive qualitate occulta, & innominata, seu forma specifica, seu Cœli influxu tacitò id præstent, incertum: tamen planum est, ita evenire perpetuo, ut contra venenorum rabiem opem à natura nõ denegatam sentiamus. Illud tamen in natura multis mirũ videretur quod minus esse debet: Quod attractio fiat à simili, illius rei, quæ in forma, vel in materia, vel simul junctis erit. In felle, ut ad illud exemplum redeam, quod illitum fuit, non in forma venenĩ; quoniam pristina jam penè refracta, & extincta erat; In materia esse non potest, quoniam actio omnis provenit à forma; Sed quoniam non est in totum denudata etiam in mortuo animante à forma veteri venenata; propterea calore nativo adiuvante expulsionẽ, & insita membrorum virtute expultrice, venenum extra trudi & evinci. Verum hæc Alexiteria si ictui imponantur sola, ut caro viperina, & alia huiusmodi, tantum abest, ut venenum extra trahãt, aut educant, verum ut facilius int⁹ propellant ob contrarietatem, in his multi decipiuntur. Iam igitur colligere oportet in ictibus ferarum venena apposita perpetuò tanquam similia ex

D

trahe-